DE

BONIS RECEPTITIIS VXORI TESTAMENTO PATERNO CONSTITVTIS

PRAESIDE

CHRISTOPH· LVDOVICO CRELLIO D

INSTITVT· IVSTINIANEARVM P· P· ORDINAR
CVRIAE PROVINCIALIS ET SCABINATVS
ITEMQVE ORDINIS IVRIDICI
ASSESSORE

AD D· IVNII, ANNO Q· S· P· EST· cIↄ Iↄcc XXXVII

IN AVDITORIO ICTORVM

DISPVTABIT

IOHANNES HENRICVS HOFFMANN
HARRADE THVRINGVS

VITEMBERGAE
EX OFFICINA SCHEFFLERIANA

I

OCCASIO INSTITVTI

Vt augeantur incommoda matrimoniorum, etiam LVCRI CVPIDITAS interuenit: postquam placuit, ex bonis uxoris aliquem fructum pertinere ad maritum. Ausim enim affirmare, plerasque uxores melioribus usuras uiris, et maritum aliquando uxore obsequentiori, quae illi, cui sors corpus dederit, facile etiam animum datura esset, nisi LVCRA quaedam MATRIMONIORVM atque rei uxoriae inuenta essent, et DOTES inprimis constitutae. Enimuero per se satis dura est conditio coniugum, quam multi, ut ipsum matrimonium subinde, plus iusto reformidant. Inprimis feracissima dissensionum dicitur CONIVIVM SOCIETAS: et subit mirari, cur conglutinari penitus animi atque arctius coniungi uix possint, nisi antea aliquid rixarum atque simultatum inter illos oriatur; ut, cum illarum difficultatem superauerint, tunc demum prisca Venus redeat,

Diductosque iugo cogat aheneo. (a)

Nimirum, quod Parmeno, apud P. TERENTIVM ait (b)

 In

(a) Horat L. III. Od. IX. v. 18.
(b) Terent. in Eunuch. Act. I. sc. I. v. 14.

In amore haec omnia insunt vitia: iniuriae,
Suspiciones, inimicitiae, induciae,
Bellum, pax rursum:

Et, quod Ioui uidetur apud PLAVTVM (a)

Inter eos rursum si reuentum est in gratiam,
Bis tanto amici sunt inter se, quam prius.

Quapropter, cum amor sit μιχραίτιος, et uix unquam sine rixa, ad iras molliendas taediumque huius rei mitigandum, COMMODA REI VXORIAE permissa sunt maritis; ut cogitent, uxorem sibi non solum IVCVNDAM, sed etiam VTILEM futuram. Si enim SATVRIONI apud PLAVTVM (b) fides est,

DVM DOS SIT, nullum uitium uitio uertitur.

Certe facilius a quibusdam feruntur iniuriae, si cogitent, quam multas pecunia et quam mirificas pariat iucunditates. Sed, nae, illi non satis norunt muliebre ingenium, qui his artibus gratiam inter coniuges conciliari crediderunt. Quanquam enim, quod Imperatores aiunt, l. 8. C. DE PACT. CONVEN. BONVM ERAT, mulierem, quae SE ipsam marito tradit, etiam RES SVAS eius arbitrio permittere; tamen nihil efficacius odia mulierum accendit, quam si intelligant, maritum aliquid lucri et commoditatis ex bonis suis aucupari. Haec est illa pestis, quae omnes delicias iucundissimae coniunctionis pessime corrumpit: haec materia irarum et dissensionum, quibus coniugum illa societas, per se mater rixarum atque iniuriae, pleruinque perturbatur. Enimuero constitutae sunt dotes et commoditates rei uxoriae, ut ne desit occasio altercationum, inter coniuges, quam ipsa natura facile suppeditasset. Audiamus DEMENAETVM, senem, apud PLAVTVM, (b) qui

ARGENTVM accepit, dote IMPERIVM VENDIDIT.

Rara est inter illos gratia qui de lucro inter se contendunt. Obuenit nuper ICTIS VITEMBERGENSIBVS eiusmodi spe-

(a) Plaut. Amphit. III. 2. 61.
(b) Plaut. in Persa III. 1. v. 59.
(c) Plaut. Asinar. I. 1. u. 74.

species, quae animum incitauit ad scribendum. Fuerat aliquamdiu fribusculum inter coniuges et postea odium ex gratia ortum erat. Socer, ut animum generi emolliret, TESTAMENTO constituerat, ut filia sibi quidem heres esset, sed VSVMFRVCTVM PORTIONIS LEGITIMAE duntaxat permitteret marito: reliqua tanquam BONA RECEPTITIA haberet; donec maritus cum uxore in gratiam fuerit reuersus. Doch soll ihr Ehemann von ihrer Erbportion den usumfructum oder Nießbrauch entweder gar nicht, oder im Fall es die Rechte nicht zulassen sollten, weiter nicht, als nur von der Legitima, oder den Pflichttheil, wenn sie selbigen zu ihrer und ihrer Kinder sustentation nicht selbst bedarff, haben, und davon nur so viel, als sothaner Pflicht-Theil beträget, pro paraphernalibus gehalten werden, von ihren übrigen aus meiner Verlassenschafft herrührenden Antheilen und Vermögen aber soll Er, ihr Ehemann, den usumfructum keinesweges, sondern dasselbe VIM ET EFFECTVM BONORVM RECEPTITIORVM haben. Wie ich denn meiner Tochter, ihm den usumfructum von ihren Vermögen ausser den Pflicht-Theil zu kommen zu lassen, ernstlich verbiethe 2c.

Quo iure cum uxor uteretur, tunc demum ACCENSI SVNT ANIMI VTRINQVE. Maritus impugnabat soceri testamentum: et BONA RECEPTITIA non ultima uoluntate, sed PACTO duntaxat, constitui, sibi IVS QVAESITVM, IVS MARITI, eripi non posse, caussabatur. Digna res uisa est, de qua copiosius tractemus

II

RECIPERE, RECIPERATIO DOS RECEPTITIA

Sed ut res commodius intelligatur, primo, de BONIS RECEPTITIIS generatim exponemus. Nimirum, si ICtos audias, RECIPERE dicuntur, qui PROMITTVNT aliquid alteri CONSENTIENTI, et de re insolita, quae, citra conuentionem, peti non

non posset ab inuitis, paciscuntur. Ita nautae caupones et stabularii dicuntur RECIPERE custodiam illarum rerum, quae ad illos inferuntur *l. 1. §. 8. D. Naut. caup. et stabul. ut recept. rest.* Ideoque, ut PRAETOR interpretatur, de eo, quod cuiusque saluum fore, RECEPERINT, tenentur *l. 1. pr. D. eod.* Eadem forma apud VLPIANVM arbiter uidetur arbitrium RECIPERE, dum iudicis partes suscipit, finemque se sua sententia controuersiis impositurum, POLLICETVR *l. 3. §. 1. l. 13. §. 2. l. 21. §. 9. D. de Recept. & qui arbitr.* Imo uero IVSTINIANVS *l. 14. pr. C. de Iudiciis* ideo confundit RECEPTVM atque COMPROMISSVM; quia uis utriusque CONVENTIONE quadam continetur: quamuis alias PARTES duntaxat COMPROMITTANT, sed ARBITRI RECIPIANT arbitrium *l. 1. C. de recept. Arbit.* adeoque aliquid intersit inter RECEPTVM atque COMPROMISSVM. Eleganter illud GERARDVS NOOD, uir summus, obseruauit. (a) Illud expeditum est, nunquam apud Romanos RECEPTITIVM, aut RECEPTVM, appellari, nisi cum aliquid SINGVLARE, praeter formam iuris, fuerit CONVENTIONE, aut alia declaratione uoluntatis, definitum. In primis RECEPTVM dicitur, quod in VENDITIONE aedium et uniuersitatis EXCIPIMVS, ne cum rebus reliquis ueneat, et uenditori RESERVAMVS. M. TVLLIVS (b) accusat uenditorem quendam, qui, cum aedes uenderet, ne in rutis quidem et caesis solium paternum RECEPISSET. Est etiam apud PLAVTVM (c) adolescens, qui posticulum aliquod RECEPIT, cum aedes uenderet, id est, quod BVDAEVS (d) interpretatur, qui pactus est, ne posticulum cum aedibus, quibus cohaerebat, ad emptorem perueniret

RECIPVNT igitur, qui aliquid insoliti PROMITTVNT, aut sibi PACISCVNTVR; Vt fere nunquam possit aliquid RECEPTVM dici, SINE PACTO. Certe Marcianus *l. 1. D. de Receptat.* illos, qui latrones, cum possint apprehendere, pecunia accepta uel mercede con-

(a) Gerard Noodt Comment. ad L. IV. Digest. Tit. VIII. p. 135.
(b) Cic. Lib. II. de Orat.
(c) Plaut. Trinum. I. 2. v. 157.
(d) Budaeus ad h. l. Plauti.

constituta, dimiserunt, RECEPTATORES dici, ait, quia suffugium latronibus, atque facultatem elabendi et spem ueniae PROMITTANT. Imo uero etiam iure publico Quiritium, cum controuersiae gentium CONVENTIONE dirimuntur, ut RES REDDANTVR, laesisque SATISFIAT, quod SERVIVS ait (a) bellum RECIPERATIONE PRAEVERTI dicitur, quod indicendum esset per Fetiales, si res repetentibus non redderentur (b) Ita enim POMPEIVS FESTVS (c) ex AELIO GALLO: RECIPERATIO est, inquit, cum inter populum et Reges, nationesque et ciuitates peregrinas, LEX CONVENIT, quomodo reddantur res, ipsique res priuatas inter se persequantur. Vt appareat a PACTIONE solenni, quam clarigationem uocant, RECIPERATIONIS nomen maxime profectum. GAIVS etiam *l. 31. §. 1. D. de Donat. mort. causs.* DOTES RECEPTITIAS commemorat, id est aduentitias, quum ille, qui dotem dedit, STIPVLATVR a marito, in mortem uxoris, ut dos sibi redderetur: quod cum accidit, dos MORTIS CAVSSA CAPI aut RECIPI, uidetur *d. l. 31.* Enimuero, cum dotes aduentitiae, quod VLPIANVS ait, *l. 22. pr. D. Solut. matrim.* pertineant ad uxorem, aut ipsa mortua, ad mulieris heredes, aut maneant apud maritum, nisi aliter pacti sint illi, qui dotem mulieri dederunt; conueniens erat, dotem RECEPTITIAM appellari, si, PRAETER IVRIS FORMAM, extraneus, qui dotem dedit, pactus sit expresse et RECEPERIT, ut dos sibi redderetur. Ita enim VLPIANVS alio loco in *Fragment. Tit. VI. §. 5.* Aduentitia dos semper penes maritum manet, praeterquam, si is, qui dedit, ut sibi redderetur, STIPVLATVS fuit: quae dos specialiter RECEPTITIA appellatur

Itaque apparet, RECEPTITIVM uideri, de quo quis SPECIALITER, contra regulam iuris, PACTVS est, aut uoluntatem suam declarauit. MARCVS CATO, legem Voconiam suadens (d) inducit mulierem, quae marito magnam dotem adtulit, sed ma-

(a) Servius ad Virg. Aen. X. v. 14.
(b) Brisson. de Formul. L. IV. 12. p. m. 321.
(c) Festus in voce: reciperatio p. m. 205.
(d) Gellius Not. Attic. XVII. c. 6.

magnam etiam pecuniam RECEPIT, quam in uiri poteſtatem non commiſit: Deinde uero, ubi irata erat, SERVVM RECEPTITIVM immiſit in maritum, qui ipſum ſectaretur atque flagitaret, ut pecuniam RECEPTITIAM, quam ab uxore mutuam acceperat, reſtitueret uxori. Neque poteſt eſſe obſcurum, quin pecunia, quam mulier RECEPIT, aut, quod GELLIVS interpretatur (a) RETINVIT, ſit illa portio bonorum, quam pactis dotalibus EXCEPIT mulier, ne illa ad maritum perueniret: Item SERVVS RECEPTITIVS, quem, cum pecunia reliqua, RECEPERAT mulier, nec in dotem dederat, ſed RETINVERAT et ſuis uſibus propriis deſtinauerat duntaxat, excluſo penitus marito. Inepte enim VERRIVS FLACCVS (b) et cum illo POMPEIVS FESTVS (c) ſeruum RECEPTITIVM, ſeruum, qui ob uitium REDHIBITVS fuerit ab emptore, peſſimum in familia mancipium, interpretati ſunt. Enimuero irata illa uxor non potuiſſet ſeruo RECEPTITIO imperare, ut maritum flagitaret, niſi ipſe fuiſſet ſeruus proprius uxoris. Adhuc inficetius DOVZA philoſophatus eſt (d) qui ſeruum RECEPTITIVM prorſus eundem cum DOTALI SERVO eſſe ait, quem mulier adduxit ad maritum. Hoc enim oppido ineptum eſt

III

BONA RECEPTITIA AN SINT TERTIA SPECIES BONORVM VXORIORVM

SATIS credo intelligitur, illud demum RECEPTVM et RECEPTITIVM uideri, quod contra regulam iuris formamque conſuetam, PACTIONE SINGVLARI, aut declaratione quadam uoluntatis, fuit exceptum atque definitum. Nunc operae

(a) Gell. l. c.
(b) Verrius Flaccus de obſcuris Catonis apud Gellium 17. 6.
(c) Feſtus v. Receptitius.
(d) Douza ad Plaut. Aſin. I. 1. 72.

operae pretium eſt, ut de RECEPTITIIS VXORVM BONIS ſpeciatim uideamus. Neque tamen eſt locus dubitationi, quin RECEPTITIA bona non intelligantur, niſi inter uirum et uxorem ILLVD ACTVM FVERIT, ut quaedam bona a rationibus mariti ſeparentur. Certe THEODOS. ET VALENT. IMPP. l. 8. C. de *Pact. Conu.* PROHIBITIONEM uxoris deſiderant, ut maritus a paraphernis, illorumque uſu, excludatur: Nolunt etiam NECESSITATEM aliquam uxoribus imponi, ut in communionem paraphernorum maritus admittatur. Sed PACTI magis quaeſtio eſt, quam iuris, an uxor PROHIBVERIT uxorem, ne ſe immiſceat omnino paraphernis. VLPIANVS quidem l. 9. §. 3. D. *de Iure dotium*, haud dubie PACTIONEM deſiderat in paraphernis: et, QVID ACTVM SIT inter uirum et uxorem, reſpiciendum eſſe, docet. Ait enim, ſi res dentur marito in ea, quae Graeci παράφερνα dicunt, tunc demum res illas effici mariti, ſi HOC ANIMO dentur, ut mariti fiant; et illas quidem ſoluto matrimonio NON VINDICARI, nec dotis actione peti, SED CONDICI: Adeoque eſſe in arbitrio uxoris, qua forma et QVO ANIMO res uelit tradere marito. Plane interdum uxores libellum illarum rerum maritis dare, ait, atque res, quas ſolent in uſu habere in domo mariti, ſi illas in dotem dare nolint, in ſcripturam conferre, illumque libellum maritis offerre, ut ſubſcribant, quaſi res acceperint; ſed hunc libellum uelut chirographum aliquod ab uxoribus retineri, ut intelligatur, ſe res illas, quae libello continentur, in domum maritorum intuliſſe. Atuero, dato hoc chirographo, non ID ACTVM VIDERI inter uirum et uxorem, ut dominium transferatur, ſed magis, ut certum ſit, res in mariti domum illatas eſſe: ne, ſi quandoque ſeparatio fiat, hoc negetur a marito. Nemo igitur dubitat, ab initio ESSE PENES CONIVGES, quo iure uti uelint in bonis paraphernis, et PACTO definiri, utrum dominium illarum rerum apud uxorem manere debeat, dato chiographo; an uero transferri ad maritum.

 Imo

Imo uero, etiamſi conuenerit, ut dominium paraphernorum retineatur ab uxore, adeoque certum ſit, res non effici mariti; nondum tamen expeditum eſt, quid iuris marito competat in his rebus uxoris, quas noluit in dotem dare, nec mariti efficere; ſed in domum mariti duntaxat inferre, atque in uſu habere in laribus mariti. Iam igitur porro in arbitrio eſt uxoris, quid in illis rebus uelit permittere marito. VLPIANVS enim d. l. 9. §. 3. D. *de Iure dotium* teſtatur, maritum plerumque REPROMITTERE CVSTODIAM illarum rerum, quarum uxor dominium ſibi quidem ſeruauerit, ſed quas tamen COMMISERIT marito: quod ſi factum fuerit, maritum, ſi res non reddantur, uel MANDATI uel etiam DEPOSITI teneri: Interdum uero aliter obſeruari, ait, ut res illae potius uxori COMMITTANTVR, quam marito: quae res et ipſa deſiderat DECLARATIONEM VOLVNTATIS. Hae igitur, QVARVM CVSTODIA MARITO NON PERMISSA, uel actione rerum amotarum, uel, ſi non amouentis animo maritus illas retineat, actione AD EXHIBENDVM repetuntur. *d. l. 9. §. 3. in fine D. de Iure dotium*

Quae cum ita ſint, nemo non uidet, VARIE de PARAPHERNIS agi et tractari poſſe inter uirum et uxorem; ut res illae uel mariti fiant, uel maneant uxoris: et, ſi maritus a dominio excluſus fuerit, ut uel CVSTODIA IPSI COMMITTATVR, uel VXOR RETINEAT CVSTODIAM rerum illatarum: quod extremum neceſſe eſt euenire, ſi uxor maritum PROHIBEAT omnino, ne ſe immiſceat in paraphernis. Sed, quamuis PACTIONE plerumque de his rebus conueniat inter uirum et uxorem; tamen attinet monere, quod uxor, marito etiam inuito, retinere poſſit cuſtodiam rerum illatarum, et cogi non poſſit, ut conſentiat marito, qui illarum cuſtodiam poſtulat. VLPIANVS enim d. l. 9. §. 3. *D. de Iure dotium*, contractum MANDATI, aut DEPOSITI deſiderat, ſi paraphernae

cuſto-

custodiae mariti committantur. Sed eiusmodi negotia CONSENSV contrahuntur. Praeterea IMPERATORES l. 8. C. de *Pact. Convent.* docent, PROHIBITIONEM uxoris sufficere, ut paraphernis se immiscere nequeat maritus. Maritus igitur sola VOLVNTATE uxoxis excluditur a custodia et administratione rerum illatarum. Hanc uero speciem bonorum, QVORVM VXOR SIBI CVSTODIAM, declaratione voluntatis SINGVLARI ATQUE INSOLITA, reseruat, et a quibus maritum prohibet omnino, BONA RECEPTITIA dicimus. Hoc genere continetur magna illa pecunia, apud CATONEM (a) quam uxor RECEPIT, sed in mariti potestatem non commisit, et postea mutuam ipsi dedit, et reflagitauit per SERVVM RECEPTITIVM, quem et ipsum, GELLIO interprete (b) cum pecunia RECEPERAT, nec doti dederat, sed CVSTODIENDVM suisque usibus adhibendum RETINVERAT, et separauerat a rationibus mariti

Ex his, quae adhuc disputata sunt, facile erit iudicare, an RES illae RECEPTITIAE, de quibus actum est, commode haberi possint pro TERTIA SPECIE bonorum, a dote et bonis paraphernis penitus seiuncta, an potius paraphernorum appellatione etiam RECEPTITIA contineantur. Magnam de illo argumento litem SCHILTERVS cum VVEHNERO exercuit (c) Mihi quidem certius uidetur, RECEPTITIA etiam CONTINERI PARAPHERNIS. VLPIANVS enim l. 9. §. 3. D. *de Iure dotium* itemque IMPERATORES l. 8. C. *de Pact. Convent.* PARAPHERNA duntaxat A DOTE seiunxerunt; sed de PARAPHERNIS VARIE PACISCI posse uirum et uxorem, docuerunt. Quodsi igitur SPECIALITER conuenerit, ut NE QVIDEM IL-

(a) Gell. l. 17. c. 6.
(b) Gell. l. c circa finem.
(c) Schilt. in Not. ad Wehneri observ. v. Winßhandgütere, p. 10. b & 11. a

LORVM CVSTODIA MARITO COMMITTATVR, aut, si uxor maritum PROHIBVERIT, ne se rebus illis immisceat; singularis quaedam SPECIES PARAPHERNORVM enascitur, quam BONA RECEPTITIA solemus appellare

Ita quidem de BONIS RECEPTITIIS IVRE QVIRITIVM habendum

IIII

BONA RECEPTITIA ETIAM DVRANTE MATRIMONIO CONSTITVVNTVR INPRIMIS SI VXOR POST NVPTIAS ALIQVID ADQVIRIT

PACTO igitur opus est, aut declaratione luculenta uoluntatis, ut BONA RECEPTITIA uxori committantur, excluso penitus marito. Sed, QVO TEMPORE de illis rebus conueniat inter uirum et uxorem, fere non refert. Cum enim ipsae etiam dotes et propter nuptias donationes constante matrimonio augeri possint, quod IVSTINVS l. 19. C. *de Donat. ante nupt.* et IVSTINIANVS Nou. 97. c. 2. praeceperunt; disputatione non indiget, etiam de reliquis bonis coniuges post nuptias efficaciter pacisci. IAVOLENVS enim l. 1. *pr.* D. *de Pact. dotal.* itemque PAVLLVS l. 12. §. 1. D. *eod.* et SCAEVOLA l. 29. pr. D. *eod.* conjugibus POST NVPTIAS pacisci, quamuis antea nihil conuenerit, permittunt. Vnum enim illud coniuges cauebunt, ne uel caussa dotis fiat deterior, uel simplex donatio conuentione illa occultetur

Igitur INTER CONSENTIENTES etiam post nuptias

IVS

IVS RECEPTITIORVM enascetur; quamuis uxori suadeat BERGERVS (a) ut re potius integra, id est, ANTE CONTRACTA SPONSALIA, in ipsis tractatibus, RECIPIAT partem aliquam bonorum. Sed illud quidem consilium magis ad uxorem SAXONICAM uidetur pertinere, quod deinceps apparebit. Imo uero, si quis dixerit, IVRE ROMANO, uxorem, INVITO etiam marito, POST NVPTIAS repetere posse rerum suarum custodiam, ut illas, tanquam RECEPTITIAS postea possideat, quamuis antea marito illas commiserit; non multum obluctabor. Enimuero VLPIANVS l. 9. §. 3. D. *de Iure dotium* testatur, maritum, cui uxor rerum suarum custodiam tradiderit, MANDATI aut DEPOSITI teneri. Sed constat, MANDATVM et DEPOSITVM, re integra, QVANDOCVNQVE posse REVOCARI, quod VLPIANVS atque PAVLLVS l. 12. §. 16. et l. 15. D. *Mandat.* itemque l. 1. §. 45. D. *Deposit.* docuerunt. Cum igitur illud negotium, quo uxor marito rerum suarum custodiam permittit, MANDATI, aut si administrationem etiam ipsi concedit, DEPOSITI naturam habeat; nihil omnino obstabit, quo minus illud uxor, IVRE QVIRITIVM, inuito etiam marito possit reuocare

Vtrum uero uxor post nuptias, si quas res, LIBERALITATE fortunae inprimis, NOVITER adquirit, illas tanquam RECEPTITIAS possit retinere et maritum ab illis excludere, a quibusdam dubitatur. Sed nihil habet illa res difficultatis. Enimuero, si EX LEGIBVS ROMANORVM dispures, erit PENES VXOREM, quid iuris ipsa marito uelit permittere in bonis nouiter quaesitis. Generaliter enim Imperatores l. 8. C. *de Pact conuent.* praeceperunt, ne VXORE PROHIBENTE maritus se immisceat IN PARAPHERNIS. Igitur uxor PROHIBERE poterit maritum, maxime si res nondum intulit in mariti domum, illasque nondum eius custodiae permisit.

(a) de Berg. Oec. Iur. I. 3. 10

Abſciſſe VLPIANVS l. 9. §. 3. D. *de Iure dotium*, ex VXORIS VOLVNTATE rem aeſtimandam eſſe, ait, et, QVID ab illa ACTVM SIT et QVO ANIMO res INTVLERIT, reſpiciendum. Priusquam igitur res fuerint illatae, poteſt ſibi illarum rerum CVSTODIAM ſeruare, ut tanquam RECEPTITIAE potius in uxoris, quam in mariti, poteſtate ſint. Neque habebit facile maritus, de quo conqueratur; cum nihil ipſi iuris competat, in rebus uxoris ipſi non commiſsis. Itaque, quaecunque ab uxore non illata ſunt in mariti domum, bona propria uxoris uidebuntur, aut ſi illas intulerit, ſed cum marito pacta fuerit, ut SVAE CVSTODIAE, excluſo penitus marito, reſeruentur, ipſumuue prohibuerit ab illarum uſu, recte etiam poſt nuptias bona RECEPTITIA conſtituentur

Ex his, quae dicta ſunt apparet, IVRE ROMANO totum hoc negotium VXORIS VOLVNTATE inprimis regi atque contineri, et maritum COGI poſſe, ut conſentiat uxori, quae rerum ſuarum cuſtodiam uelit RECIPERE, et maritum prohibere, ne ſe immiſceat in paraphernis

V

IVRE SAXONICO
VXOR MARITVM INVITVM
NON POTEST EXCLVDERE A PARAPHERNIS

SED SAXONICAE VXORES quidem arctiori maritorum poteſtate coercentur. Dum enim thorum conſcendunt, CVRAM OMNIVM BONORVM ſuorum, cum fructibus illorum, confeſtim maritis committere, itemque MOBILIA poſt mortem illis relinquere, tenentur, nihil illorum interuertere, nihil ad alios transferre poſſunt. Luculenter enim VETERES: Stirbt aber das Weib, bey des Mannes Leben, ſie erbet

keine

keine fahrende Habe, denn allein Gerade und Eigen, als sie das hat, an ihren Neheſten: kein Weib mag auch ihres Guts ichts vergeben, ohne ihres Mannes Willen, daß er durch Recht leyden dörffe. Wenn ein Mann ein Weib nimmt, so nimmt er sie in sein Gewehr, und alles ihr Gut, zu rechter Vormundschafft l. Land-R. 31. Neque quisquam facile dubitet, quin OMNIVM BONORVM appellatione, etiam FVTVRA, et quae nouiter uxori obueniunt, contineantur. Igitur nisi uxor ab initio, antequam accederet ad mariti thorum, EXCEPERIT bonorum quandam partem, DE BONIS RECEPTIIS deinde, MARITO OBLVCTANTE, frustra cogitabit. Nihil enim postea in rebus suis habebit iuris atque facultatis. Neque VOLVNTATE SVA INTER VIVOS neque MORTIS CAVSSA marito ius per legem ipsi attributum extorquebit. Luculenter enim IVSTINIANVS Nou. 22. c. 33. ne lucra, QVAE EX LEGE DATA SVNT, cuiquam a priuatis ullo modo auferantur, interdixit. Adhuc clarius in SAXONIAE ELECTORATV res constitutione principis est definita: Wie denn auch hinwiederum dem Weibe nicht nachgelassen wird, dasjenige was dem überlebenden Ehe-Manne aus ihren Gütern zustehet, durch ein Testament oder andern letztem Willen zu vermindern, &c. P. III. Const. VII. Igitur inter Saxones BONA RECEPTITIA, POST NVPTIAS, ab uxore, non nisi bona MARITI cum uenia, constituuntur: sed, ne ipso consentiente quidem, si speciem illicitae donationis contineat concesſio receptitiorum. Itaque ex iusta caussa, ueluti, ut se ipsam uxor alat, aut ut liberos commodius educet, aut, ut se dignius exhibere posſit, et quae sunt aliae eiusmodi commoditates, recte a marito, etiam IN SAXONIA, constante matrimonio, BONA RECEPTITIA uxori concedentur. Ceterum, IPSO INVITO, nihil agitur post nuptias,

ptias contractas. Ita certe nuper ICTIS VITEMBERGENSIBVS uisum est, qui in hanc fere sententiam MENSE MAIO huius anni responderunt: Obwohl denenjenigen, welchen vermöge derer beschriebenen und anderer Rechte, gewisse Vortheile zustehen, das dadurch erlangte ius quaesitum, vermittelst des letzten Willens eines andern, dessen Erbschafft sie sich nicht angemasset, ohne ihre Einwilligung, nicht entzogen werden mag,

Nou. 22. c. 33. in fine,

Solches auch besonders unter Eheleuten in dieser Maasse statt findet, daß ein Ehegatte dem überlebendem die nach denen Statuten jedes Orts ihm ausgesetzte Portion durch ein Testament, oder sonst auf den Todes-Fall, zu verkürtzen nicht befugt,

Gail. 2. Obs. 86. et 87.

Hartm. Pistor. q. 31. n. 7. lib. 1.

Rittersh. ad Nouell. P. 7. c. 17. n. 15. p. 433.

Uberdieß in der Churfl. Sächßl. Constit. VII. P. III daß dem Ehe-Weibe nicht gestattet werde, dasjenige, so dem Ehe-Manne aus ihren Gütern gebühret, durch ein Testament oder andern letzten Willen zu vermindern, ausdrücklich enthalten, demnach des Ehe-Manns statutarische Portion dießfalls auch durch ein Fideicommiss oder Vermächtniß nicht geschwächet oder beschweret werden mag,

Carpz.

Carpz. P. III. Conſt. VII. def. 2.

Hiernächſt die Güter eines Ehe-Weibes ordentlicher Weiſe pro paraphernalibus geachtet werden, dahingegen die qualitas bonorum receptitiorum, wenn nicht diesfalls deutliche Ehe-Pacta vorhanden, daran es in gegenwärtigem Falle ermangelt, nach Sachſen Rechte nicht vermuthet wird, und bey ſolcher Bewandniß, daß Beklagtin Klägern die Adminiſtration und den Nießbrauch der Erb-Portion, ſo ihr von ihrem Vater zugewendet worden, allerdings überlaſſen müſſe, es das Anſehen gewinnet,

VI

TESTAMENTO ET LIBERALITATE TVM PARENTVM TVM EXTRANEI BONA RECEPTITIA CONSTITVVNTVR INVITO ETIAM MARITO

SOLA igitur uxor nihil immutabit, in SAXONIA, circa parapherna, nihil marito ſubtrahet ſuarum rerum, quas non ab initio RECEPIT. Sed interdum Deus ex machina rem perturbatam reſtituit, et miſeratione attingitur VXORIAE illius SERVITVTIS. Neque enim dubito, quin ex honeſta liberalitate aliorum uxor, etiam CONSTANTE MATRIMONIO, BONA RECEPTITIA, quamuis marito obloquente, efficaciter adquirat. Enimuero generaliter quilibet BENEFICIO a ſe pro-

profecto, quamcunque uoluerit, LEGEM DICIT, quam mariti inuidia et cupiditas euertere non poteſt. Ipſi etiam PARENTI, cuius tamen poteſtas ſanctior eſt, et naturae conuenientior, quam durum illud imperium maritorum in uxores, ipſi inquam parenti, tum a matre et auia, tum, quod expreſſe addit Imperator, etiam AB EXTRANEIS PERSONIS, VSVSFRVCTVS rerum, quae ab ipſis profecta ſunt, ADIMITVR ſubinde; quamuis IVRE PATRIO uſumfructum bonorum, quae ab aliis ad liberos peruenerunt, uindicare poſſet, niſi haec conditio DONATIONI adiecta eſſet. Nou. 117. c. 1. Neque uero poterit ratio ſatis idonea adferri, cur non idem illud, quod contra IVS PATRIS matri et extraneo permiſſum, locum non inueniat aduerſus IVS MARITI

Enimuero, ſubtiliter in illa ſpecie, quam ſub initium diſſertationis enarrauimus, philoſophabatur maritus, cui uſusfructus bonorum uxoriorum a ſocero profectorum, praeter legitimam, teſtamento fuerat ademptus. Nimirum ius illud, quod aduerſus parentem obtinet, ut illi aliquando efficaciter uſusfructus adimatur, aiebat, diſcedere a IVRIS FORMA: ipſum peculium illud filii, a cuius uſufructu pater fuerit excluſus, EXTRAORDINARIVM et IRREGVLARE appellari: hinc totum illud argumentum STRICTE accipiendum, et proferri aduerſus maritum non debere; alias eſſe rationes PARENTIS ac MARITI: ius publicum uoluntate priuatorum non peruerti: maritum a IVSTINIANO in Nou. 117. c. 1. non nominatum eſſe: legem SAXONICAM OMNIA VXORIS BONA, quae non pactis dotalibus excepta ſint, marito committere: nulla uxoris, inuito marito, eſſe BONA RECEPTITIA: uxorem heredem a parente ſcriptam, hinc uſumfructum ipſo iure pertinere ad maritum: ſibi ius quaeſitum adimi non poſſe, contendebat. Sed profecto ille oppido deceptus eſt, dum negat in hac cauſſa duci

duci posse argumentum a parente ad maritum. Primo enim, quod supra obseruatum est, omnino sanctior uidetur potestas parentis, quam mariti: ut appareat, quod CONTRA IVS PARENTIS obtinet, multo magis obtinere contra ius mariti. Solemus certe hanc interpretationem etiam IN ODIOSIS sequi, ut, quod ille, qui PLVS potest, nequit impedire, multo magis ille, cuius est INFIRMIOR POTESTAS, admittere cogatur. Itaque, cum patri possit usus fructus adimi bonorum, quae, ultra legitimam, ad liberos peruenerunt, multo magis ille marito a testatore aut donatore, qui hanc specialiter conditionem addidit, omnino adimetur. Deinde, quod praecipue me mouet, nego, hoc ius SINGVLARE esse, quod pater excludi possit ab usufructu bonorum, quae liberis NON NECESSARIO debentur. Ipsa enim uox NATVRAE atque AEQVITATIS iubet, ut tum pater tum maritus admittere cogantur conditionem illam, qua ab usufructu liberalitatis, in liberos uel uxores ab aliis collatae, excluduntur. Quid enim efficeretur, si dissentirent parentes et mariti. NOCERET liberis aut uxoribus dissensus ille, sed patri et marito NON PRODESSET. Ipsi profecto liberi et uxores liberalitatem aliorum, cui haec lex adiecta est, ut patri aut marito usus fructus adimatur, ne adquirere quidem possent, nisi conditioni adiectae ante omnia obtemperarent; quae nisi fuerit impleta, necesse esset, plane nihil ad liberos et uxorem peruenire. Aut, si pro NON ADIECTA haberetur illa conditio; certe testatores atque donatores, cum intelligerent suam prohibitionem non attendi, interdum ipsos potius liberos excluderent suo beneficio, quam permitterent, ut usus fructus IPSIS INVITIS, parenti aut marito concedatur. Itaque, si faueremus parentum atque maritorum inuidiae, qui conditionem admittere tergiuersarentur; nec ipsi quidquam lucrari possent, nec a

libe-

liberis et uxore aliquid adquiri, ſed TOTVM NEGOTIVM INFIRMARETVR. Atuero NATVRA non permittit, ut quisquam aliquid, QVOD ALII NOCEAT ET SIBI NON PROSIT, moliatur. Ideoque merito coguntur, uſufructu ſuo cedere potius parentes & mariti, ne et liberi atque uxores beneficiis aliorum ſimul exuantur, et ipſi parentes et mariti ſpem uſusfructus et omnis commodi amittant: quam neceſſario amitterent, ſi ſua pertinacia poſſent efficere, ut totum illud liberale negotium peruerteretur. Ex quibus rebus apparet, iuſtiſſimam IVSTINIANI legem non ſolum AD PARENTES pertinere, ſed multo magis AD MARITOS. Neque uero nos mouebat, quod illa conditio IN FRAVDEM mariti duntaxat adiecta eſſe uideretur, cum parens filiae quidem hereditatem uniuerſam, ſed bona praeter legitimam, ſub hac lege, ut marito adimeretur uſusfructus, reliquiſſet. Enimuero nulla poteſt FRAVS FIERI marito in bonis, in quibus nec ipſi, nec uxori, antea omnino fuit ius QVAESITVM, et quae tuto utrique illorum ADIMI omnino potuiſſent. Igitur placuit, REPELLENDVM ESSE ACTOREM, qui teſtamentum ſoceri, quo uſusfructus bonorum ab illo profectorum, praeter legitimam, marito ademptus erat, impugnabat. Dicta enim eſt ſententia in hunc fere modum: Daß Klägers Suchen nicht ſtatt hat, ſondern es iſt derſelbe mit dem Nießbrauch des Pflicht-Theils, ſo Beklagtens Principalin aus der väterlichen Verlaſſenſchafft erhalten, ſich zu begnügen, ſo wohl die verurſachten Unkoſten, Beklagten und Mitbeklagten zu erſtatten ſchuldig V. R. W.

Res erit apertior, ſi reſponſi huius rationes adſcribemus:

Ob-

Obwohl denenjenigen, welchen vermöge derer beschriebenen und andern Rechte gewisse Vortheile zustehen, das dadurch erlangte ius quaesitum vermittelst des letzten Willens eines andern, dessen Erbschafft sie sich nicht angemasset, ohne ihre Einwilligung, nicht entzogen werden mag,

Nou. 22. c. 33. in fine.

Solches auch besonders unter Ehe-Leuten in dieser Maasse statt findet, daß ein Ehe-Gatte dem Uberlebenden die nach denen Statuten jedes Orts ihm ausgesetzte Portion durch ein Testament, oder sonst auf den Todes-Fall zu verkürtzen nicht befugt,

Gail. 2. obs. 86. et 87. n. 1.

Hartm. Pistor. qu. 31. n. 7. lib. 1.

Rittersh. ad Nouell. P. 7. c. 17. n. 15. p. 433.

Uberdieß in der Churfürstl. Sächs. Constit. VII. P. II daß dem Eheweibe nicht gestattet werde, dasjenige, so dem Ehemanne aus ihren Gütern gebühret, durch ein Testament oder andern letzten Willen zu vermindern, ausdrücklich verordnet, demnach des Ehemanns Statutarische Portion dießfalls auch durch ein fideicommiss oder Vermächtniß nicht geschwächet oder beschweret werden mag,

 Carpz.

Carpz. P. II. Constit. VII. def. 2.

ausserdem der Mutter und Groß-Mutter

Nou. 117. c. 1.

zwar nachgelassen, den Nießbrauch von dem Vermögen, so sie ihren descendenten über das Pflicht-Theil zu wenden, denen Vätern derselben zu entziehen, gleich wohl dergleichen ausserordentliche Disposition der Rechte sonst stricte anzunehmen, und auf andere Fälle, absonderlich auf den Nießbrauch des Ehemanns nicht erstrecket werden zu können scheinet, hiernächst die Güter eines Ehe-Weibs, ordentlicher weise, nach Sachsen-Rechte pro paraphernalibus geachtet werden, dahingegen die qualitas bonorum receptitiorum, wenn nicht dießfalls deutliche Ehe-Pacta vorhanden, daran es in gegenwärtigen Falle ermangelt, nicht vermuthet wird, und bey solcher Bewandniß, daß Beklagtin Klägern die administration und den Nießbrauch der Erb-Portion, so ihr von ihren Vater zugefallen, allerdings überlassen müsse, sowohl das angezogene Testament und die darinne enthaltene fideicommissarische Verordnung, vermöge deren Kläger nach der Beklagtin und ihrer Kinder Tode, von der ihm sonst gebührenden succession in gewisser Maasse ausgeschlossen worden, in so weit zu Recht nicht bestehen möge, es das Ansehen gewinnet,

D. a. d.

D. a d. denen Eltern nach Abzug des Pflicht-Theils über ihr Vermögen die freye Disposition allerdings zustehet.

L. 6. C. de inoff. testam.

Demnach dieselben ihre übrigen Güter entweder Fremden, oder auch denen Kindern, nach ihren Gefallen, allenfalls mit Bedingung und gewisser Vorschrifft, wie sie solches gebrauchen sollen, zuzuwenden, und dieselben mit fideicommissis zu beschwehren, wohl befugt, hiernächst in erwehnter Nou. 117. c. 1. dasjenige was der Mutter und Groß-Mutter gestattet, auch andern Personen ausdrücklich nachgelassen worden, überdieß, zumahl nach denen Römischen Rechten, die Väterliche Gewalt denen Gerechtsamen der Ehe-Männer ohnstreitig vorzuziehen, mithin da ein Testator auch so gar dem Vater seines Erbens den Nießbrauch seiner Verlassenschafft entziehen kan, solches die Ehe-Männer sich noch vielmehr gefallen lassen müssen, in mehrerer Erwegung weder die Kinder noch ihre Ehe-Männer bey Lebzeiten der Eltern und Schwieger-Eltern ein Recht an dererselben Vermögen behaupten mögen,

L. 1. D. de hered. uel act. uendit.

Carpz. P. II. Const. 13. def. 36. n. 2.

Sondern

Sondern den Todes-Fall zu erwarten, und derer Eltern Disposition, ausser dem Pflicht-Theile, nachzugehen schuldig,

L. 25. et 26. C. Fam. Hercisc.

Dahero Kläger, daß ihm ein ius quaesitum entzogen worden, nicht vorwenden kan, vielmehr dessen Suchen wiederrechtlich, mithin derselbe auch der Erstattung der Unkosten sich nicht entbrechen mag,

So ist, wie im Urthel enthalten von Uns billig erkannt.